





49.  
1753/13  
1642.

18

COMMENTATIO BREVIS  
DE  
**CONCVRSV ACTIONVM  
IN GENERE**

QVAM  
RECTORE ACADEMIAE MAGNIFICENTISSIMO  
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO  
DOMINO  
ERN. AVG. CONSTANTINO  
DVCE SAXONIAE IULIACI CLIVIAE  
MONTIVM ANGARIAE ET WESTPHALIAE REL.

CONSENSV  
**ILLVSTRIS ICTORVM IENENSIVM  
ORDINIS**

DIE VII. MENSIS IULII A. O. R. CIOCCCLIII.  
CONTRA ERVDITORVM DVRIA  
PVBLICE DEFENDENT  
ACHAT. LVDOVICVS CAROLVS SCHMID

I. V. DOCTOR

ET

FRIDERICVS WILHELMVS BEHRISCH  
LL. CVLTOR, DRESDENSIS.

---

IENAE, LITTERIS FICKELSCHERRIANIS.

COMMENTATIO BREVIS  
DE  
CONCORSIA ACTIOMVM  
IN GENERE  
RECTORVM ACADEMIVVM MAGNIFICENTISSIMO  
SERENISSIMO PRINCIPVM AG DOMINO  
DOMINO  
ERIN AG CONSISTANTIO  
DACE SAXONIAE ITALICAE CIVITATI  
MONIAV ANGARIÆ ET AESTHATICÆ  
ILLUSTRIS ICTORVM INGENSIAM  
ORDINIS  
ACHT. LADOUICAS CAROLAS SCHMID  
J. A. DOCTOR  
FRIDERICAS ALTHELMVS DEHRSCH  
ET. CLAVATOR. DRESDENSI  
IBNVE, LITTERIS LITERISCHERWIS



COMMENTATIO BREVIS  
DE  
CONCVRSV ACTIONVM  
IN GENERE

SVMMA PARAGRAPHORVM.

- |   |                                       |
|---|---------------------------------------|
| §. I. Doctrina de concurſu actionum eſt<br>ardua. | §. VI. in ſpecie actionum.            |
| §. II. a multis Ictis agitata.                    | §. VII. ex ſententia aliorum DD.      |
| §. III. vtilis tamen tractatio.                   | §. VIII. diuifio actionum concurſus.  |
| §. IV. explicatio vocis actio.                    | §. VIII. et in ſpecie cumulatiu.      |
| §. V. vocis concurſus.                            | §. X. aliorum diuifiones recenſentur. |

§. I.

Doctrinam de actionum concurſu, cuius explicatio-  
nem nobis proposuimus, ardiam eſſe, non ſolum  
Icti docent a) ſed exinde quoque apparet, quod  
in iſpis legibus controuersiis ſaepiſſime fuerit obnoxia b)  
et in foro frequentiſſimis diputationibus occaſionem  
praebeat.

(2)

a) teſte

- ◎ ◊ ◊
- a) teste HOTOMANNO quaeſt. illuſtr. XXVIII. qui materiam de actionum concurſu appellat arduam, multiplicem et confragosam.  
 b) quo inter alias plures referri merentur §. I. in fin. I. si quadrupes paup. fec. dic. I. 10. ff. de aſſ. emt. vendit. et L. I 30. ff. de Reg. Iur.

### §. II.

Eam vero satis agitatam eſſe themati nostro opponi posset: cum non ſolum 1) ab ICtis Romanis c) ſed etiam 2) a recentioribus vniuersa doctrina de concurſu, d) et 3) singulares concurſus actionum quaeftiones e) ex profeſſo et integris commentarybus traditae fuerint.

- c) quod enim ICtus PAVLVS tractatum de concurrentibus actionibus publici iuriſ fecerit teſtantur inscriptions l. 34. D. de Oblig. § Aſſ. l. 88. ff. de furtis, aliarumue.  
 d) huc pertinet BRVNNEMANN de concurſu & cumulat. aſſ. EGELING de concurſu & cumulat. aſſ. RICHTER de actionum concurſu. FIBIGIVS de concurſu actionum.  
 e) de cumulatione actionum ex profeſſo diſputauit GRAKE et ANTON. DE MATTHEIS. De cumulatione petitorii & poſſessorii nobis conſtat HENR. COCCEI.

### §. III.

Hoc non obſtanſe concurſus actionum doctrina haud exhausta, ſed ulterioribus meditationibus digniſſima, cum cuilibet ex lectione (§. pr.) laudatorum ſcriptorum apparet, eos dubitandi locum reliquifeſt 1) in ipſa concurſus actionum definitione 2) diuisione 3) explicatione ea-rum legum, quae quaeftiones, hunc concurſum ſpe-ctantes, continent et ferē omnibus huius materiae par-tibus.

### §. III.

Ad euirandas logomachias, quae hoc p̄ae reliquis premunt thema, in definiendis illis vocibus, quas con-tinet

tinet inscriptio huius dissertationis, ante omnia occu-  
pati erimus. Quantum ad vocem *actio*, eius philoso-  
phicum significatum in hoc scripto iuridico locum non  
habere, cuilibet patet, sed iuridicum. Hoc sensu nobis  
erit *remedium*, quo quis ius suum persequitur *in iudicio*.  
Ideoque haud admittimus generalem sensum, sed  
illum specialem ubi *actio* distincta euadit ab excep-  
tionibus.

S. V.

Alterum vocabulum, cuius explicationem instituti  
nostrri ratio postulat, est *concursum*. In legibus et apud  
ICtos tunc verbum hocce obuenit, ubi *plura praedicata*  
*circa idem subiectum locum vindicant*. Hac ex ratione men-  
tio fit 1) creditorum concursus circa vnum debitorem f)  
2) legatariorum circa eandem rem g) 3) rerum circa  
eandem materiam h) 4) factorum circa eandem rem i)  
5) poenarum circa idem delictum, k) et prioribus longe  
frequentius 6) de actionum concursu loquuntur leges. l)

- f) quale quid appareat ex l. 7. ff. qui potiores in pign. et alibi.  
g) hoc praeter alias leges evincit l. 80. ff. de legatis III.  
h) huc pertinet concurrens iurisdictio. Conf. HILLIGER ad DO-  
NELLVM lib. XVII. cap. VIII. not. n.  
i) ita de plurium causarum lucratuarum concursu sermo est in  
§. 6. inst. de legat.  
k) GAILL de pace publica cap. VI. num. 7.  
l) huc spectat §. I. in fin. I. si quadr. paup. fec. dic. l. 41. §. I. ff. de  
Ob. et Act. actionum circa delicta concurrentium mentionem fa-  
cere c. l. 41. §. I. l. 3. pr. et l. 60. ff. eod. specifice circa factum  
concurrentium actionum l. 32. l. 34. §. I. et 2. ff. eod. circa da-  
mnum iniuria datum l. 34. pr. ff. eod. ulterius concursus action-  
num ex diversis delictis in l. 2. ff. de delict. priuat. Plura ex-  
empla suis locis adducuntur.

: (3

§. VI.



§ VI.

Missis reliquis casibus, vbi concursus locum sibi occupat, ille nobis curae cordique esto, qui actionum intuitu apud legum conditores occurrit. Et his praelibatis per se patet, concursus actionum esse pluralitatem actionum eidem actori competentium.

§. VII.

Verum enim vero alii scriptores saltim eos ad unum omnes, quas euoluere potuimus, aliter actionum concursum definire, haud ignoramus. Sed eorum castra sequi non potuimus, quia illi, qui triplicem sibi fringunt significatum m) nimis vase loquuntur, quid quod aliis conceptum genuinorum requisitis destituantur. Neque reliquis Doctoribus subscribere possum, qui putant n) concursum actionum adesse: si duae pluresue actiones eidem actori aduersus eundem reum circa eandem rem competunt, ex una vel diuersis caussis.

m) RICHTER in *dissert. de concursu actionum* c. I. n. 8. seq. vbi 1) *strictum* admittit significatum de iis concurrentibus actionibus, quae omnes circa eandem rem cum effectu vel in totum vel pro parte intentari queunt. 2) *latum* de iis actionibus, quarum electio actori relata, ita ut unam duntaxat ex concurrentibus instituere possit, et 3) *latissimum* pro actionum secundum hodiernum fori usum in uno eodemque libello facta cumulatione. Confer. REBHAN *Hodegeta iuris charta* III, clima V. n. 17. not. p. 759.

n) EGELING *de concursu et cumulatione actionum* c. I. n. 19. et consentit HILLIGER ad DONELLVM lib. XXI. cap. III. lit. A. pag. m. 717. RICHTER cit. *dissert. cap. II. n. 4.* IAC. GOTHOFREDVS ad L. I. COD. THEODOS. tit. *victum ciuitate et criminaliter agere posse*, nec non omnes reliqui de concursu actionum scriptores, qui nobis ad manus fuere. Hunc vero

◆ ◆ ◆

vero errorem fere communem exinde deriuandum esse, saluo  
aliorum iudicio meliori, nobis videtur, quod ICti veteres et re-  
centiores existimant, fundamentum omnis concurſus esse, ut  
laxior sit agendi facultas. Confer. PAPINIANVS in leg. 76.  
§. penult. ff. de legaris II. et EGGLING cit. loc. §. 18. cum  
tamen haec ratio ad subiectiūam cumulationem applicari nequit.

### §. VIII.

Definitionem sequitur diuīſio. Plura remēdia auctor  
cūdam cōpetentia, si ad diuersa in iūdicio prosequenda ten-  
dunt, cōſtituunt concurſum cūmulationū ſeu cūmula-  
tionem. o) Si vero ad idem ius directae ſunt plures actiones,  
ita, vt una electa ad reliquias nullum pateat refugium, electi-  
um concurſum ad eſſe dicimus, p) quodſi vero ad reliquias  
actiones ad idem ius rēdentes patet refugium, quam diu auctor  
omne ius ſuum haud cōfēctus, ſuccēſſuſ merito appellatur  
concurſus. q)

b) EGGLING de concurſu et cūmular. act. c. I. n. 28. vbi ſimul  
reſpondetur ad dubia, quae contra hunc cūmulationis conce-  
ptum formari poſſent, plura vide apud HVNNIVM variis re-  
ſolut. iur. lib. IIII. part. VIII. q. I. STRVV. Synt. iur. ex. 46.  
th. 90. ſeq. et OBRECHT de concip. et ſormando libello c. 21.  
et 22.

p) RICHTER de concurſu act. cap. I. n. 17. diſſentit quidem  
HILLIGER ad DONELLVM lib. XXI. c. 3. putans, banc electi-  
ui concurſus definitionem pugnare cum natura concurſus, quia  
concurſus ſemper ſupponit, ut plures actiones ſimul exerceri po-  
ſint. Sed hanc rationem veram eſſe probandum fuifet, quod  
vero haud factum, nec fieri poterit.

q) quod ulterius probat EGGLING cit. l. num. 31. docens, ar-  
gumenta et leges, quae obſtare videntur, de electiūo non vero de  
ſuccēſſu concurſu loqui.

### §. VIII.

§. VIII.

Vlterius *cumulatio* seu *cumulatiuus concursus* diuiditur  
in *subiectiuum* et *obiectiuum*, prout diuersa, quae quis in iu-  
dicio prosequitur, vel a pluribus, qui litis consortes non sunt,  
petuntur, vel ab uno reo. r) Haec vero diuisio haud for-  
mari posset, si cum b. BOEHMERO s) cumulationem pro  
coaceruatione plurium actionum in uno libello perhibere vel-  
lemus.

r) b. SCHAVMBVRG in comp. dig. lib. II. tit. XIII. §. 6.

s) tract. de actionibus sect. III. §. 1.

§. X.

Has *concurſus actionum* diuisiones sufficere nulli  
dubitamus, reliquas vero minus recte compositas aut fal-  
sim superuacaneas esse nobis videtur, quo referri me-  
rentur 1) quod *cumulatio* sit *permitta*, non *permitta* et *mixta*, t) 2) quod vel *voluntaria* vel *necessaria* sit u) 3) quod  
*actiones sextupliciter* inter se concurrant, puta a) *rei per-  
secutoriae* β) *poenales* γ) *mixtae* δ) *rei persecutoriae et poe-  
nales* ε) *rei persecutoriae et mixtae*, denique ζ) *poenales et  
mixtae*. x)

t) apud BALDVM in leg. edita num. 78.

u) MATTHEIS in tract. de *cumulatione actionum* num. 120. pag.  
mea 199.

x) RICHTER dissert. de *concurſu et cumulatione actionum* cap. II.  
num. 28.

Jena, Diss., 1753

ULB Halle  
004 152 840

3



f

5b.





**Farbkarte #13**

B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta


Red

Yellow

Green

Cyan

Blue



COMMENTATIO BREVIS  
DE  
**CONCVRSV ACTIONVM  
IN GENERE**

QVAM  
RECTORE ACADEMIAE MAGNIFICENTISSIMO  
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO  
DOMINO  
**ERN. AVG. CONSTANTINO**  
DVCE SAXONIAE IVLIACI CLIVIAE  
MONTIVM ANGARIAE ET WESTPHALIAE REL.  
CONSENSV  
**ILLVSTRIS ICTORVM IENENSIVM  
ORDINIS**  
DIE VII. MENSIS IVLII A. O. R. CICIOCCCLIII.  
CONTRA ERVDITORVM DVRIA  
PVBLICE DEFENDENT  
**ACHAT. LVDOVICVS CAROLVS SCHMID**  
I. V. DOCTOR  
ET  
**FRIDERICVS WILHELMVS BEHRISCH**  
LL. CVLTOR, DRESDENSIS.  
IENA E, LITTERIS FICKELSCHERRIANIS.